Universitätsbibliothek Paderborn

Nvclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorvm quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Prooemivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Visual Library

PROOEMIVM.

SI quis memoria fortè recolat illud *Oſeæ c*. 4. Sacerdotem ita alloquentis: Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi; facili negotio intelliget, quinam fuerit noſtræ huius breuis Notitiæ ſcopus, ac finis. Si enim adeo in veteri Lege, Propheta innuente, neceſſaria Sacerdotis dignitati, eorum fuit ſcientia, quæ ad illud rectè obeundum munus pertinebant: qua ſanè maiori ratione in noua lege apprime neceſſaria eſt ea doctrina, quæ Sacerdotis muneri, præſertim in Sacramento Pœnitentiæ rite obeundo, eſt maximè neceſſaria. Quò igitur huic ex parte neceſſitati conſuleremus; breuem hanc Caſuum conſcientiæ Notitiam concinnauimus: quæ aſperum ſanè ac perdifficile, Tyro-

nibus

nibus præſertim, explanat iter, facilemque præbet aditum ad primũ in confeſſionibus excipiendis ingreſſum. Caueat igitur Sacerdos, ne Oſeæ fortè ſententię immemor, Caſuum conſcientiæ peritiam repellat: non modo enim à Præſulibus in examine, ſed quod caput eſt, à Domino ne Sacerdotium obeat iure optimo repelletur.